

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Humilitas t
cum fonte primo

Describitur Iob temptatione auctus
sed non temptatione prostratus ut et
maiorum uirtus spem nostram foueat, et
maiorum casus ad cautelam nos
humilitatis attingat. Quatenus dum illa
gaudentes subleuant, ista metuentes
premunt.

Gregorius in moralibus.

Ecce enim
Iob describitur temptatione auctus
sed Dauid temptatione prostratus, ut et
maiorum uirtus spem nostram foueat et
maiorum casus ad cautelam nos
humilitatis accingat; quatenus dum illa
gaudentes subleuant ista metuentes
premunt;
et audientis animus illinc spei fiducia
hinc humilitate timoris eruditus, nec
temeritate superbiat quia formidine
premitur, nec pressus timore desperet
quia ad spei fiduciam uirtutis exemplo
roboratur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 2, 1
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.59, ll.12-
20).